Q. HORATIVS FLACCVS

SCHOLARVM IN VSVM

EDIDIT

GVSTAVVS LINKERVS

VINDOBONAE

SVMPTIBVS ET TYPIS CAROLI GEROLD FILII

MDCCCLVI

PRAEFATIO

Q. Horatii Flacci opera ut scholarum in usum nunc recudenda curarem idoneorum exemplarium inopia motus sum. quod quidem mirabuntur qui ingentem editionum molem respiciunt, at non mirabuntur qui duas tantum ex recentiorum numero iure merito respiciendas esse sciunt, alteram a *Mauricio Hauptio* a. 1851 Lipsiae apud Weidmannos adornatam, alteram *Augusti Meinekii* secundis curis Berolini a. 1854 perpolitam. nam clarissimi ei viri cum primi tandem et certo *Blandiniorum* codicum ab *ICruquio* excerptorum fundamento inniti et eis simul uti scirent, quae non minus certa summi omnium saeculorum critici *RBentleius CLachmannus* docuerunt, praeclara sua opera id adsecuti sunt, ut inter prudentes harum rerum existimatores iam dubium esse non possit, quin nova quasi horum studiorum aetas coeperit. verum tardiora esse remedia quam mala denuo Horatius expertus est. tantum enim aberat ut qui postea scholarum usui prospicere studebant editores meliora et doceri et docere cuperent, omnibus eis quae nuper recte administrata erant reiectis errores dudum vulgatos vel repetere vel augere mallent. et cum ipsum Hauptianum quod dixi exemplar nitidissima formarum et chartarum elegantia insigne vel ob nimium pretium a scholarum

desideriis alienum esset, neque sperare liceret fore ut sola Meinekiana editio satis pervulgaretur, iandudum in votis erat apud eos quorum hisce de rebus intellegens est incorruptumque iudicium, ut nova editione hac ipsa in urbe paranda quasi publico exemplo ostenderetur, quam parum ei quibus vulgo uti solemus libri iustis desideriis satis facere possent.

His rebus ita conparatis cum novae editionis munus suscepissem, recensionem ab Hauptio institutam a Meinekio recognitam ita pro fundamento me habuisse par est, ut illorum vestigia quam artissime persequerer. qua de re qui singulis locis singula perspicere cupiunt, eis praesto est editio a *Francisco Pauly* Lipsiae a. 1855 parata, cuius utilissima opera Blandiniorum copiae in Cruquiana farragine [1]) delitescentes publici denuo iuris factae sunt (quibuscum iungantur quae monuit *IMuetzell* in diurnis scholast. ab ipso editis a. 1855 p. 850—77). accessit apud Paulyum eius quoque libri (*Gothani* 2) integra varietas, qui ad Blandinii antiquissimi exemplum unus omnium proxime accedit (v. infra ad S. I, 6. 126). de universa horum librorum ratione exposuit idem in Quaestionibus Horatianis criticis, Bonn.

[1]) Cruquii editiones hae sunt: *Q. Horatii Flacci Carminum liber IV ex antiquis. Mss. Codd. cum commentariis Acroni et Porphyrioni adscriptis. Opera Jacobi Cruquii, Messenii. Eiusdem in eundem annotationes. Apud Hubert. Goltzium. Brug. Flandr.* 1565. 8 (qui quidem liber ubi terrarum nunc lateat adhuc ignoratur). — *Q. Hor. Fl. Epodon liber, Ex antiquissimis septem codicibus manuscriptis, cum commentariis antiquis emendatus* etc. *Antverpiae ex offic. Chr. Plantini* 1567. 8. — *Q. Hor. Fl. Satyrarum, seu potius Eclogarum, libri II. Ex antiquiss. undecim codd. mss. cum antiquis commentariis* etc. ibid. 1573. 8. — sequitur integra editio s. t. *Q. Horatius Flaccus, Ex antiquissimis undecim lib. m. s. et schedis aliquot emendatus et plurimis locis cum Commentariis antiquis expurgatus* etc. ibid. 1579 (in calce 1578). 4. repetita a. 1597 et 1611. cf. Muetzell. l. l.

1851, de singulis eis locis, quos in editione sua in mutaverat, egit in Emendationibus Venusinis. Poson. 1856 (v. infra ad Sat. l. l. C. II. 2. 18 etc.).

Sed in hac editione cum longius expatiari non liceat, gravissimos certe locos paucis perstringere volui, ea potissimum ratione habita, ut quae Bentleii et Lachmanni acumini debeantur statim patescant. de quibus eo magis idoneum visum ut diserte moneretur, quo saepius nunc, ubi Cruquii libris suus honor restitutus est, vel acerrimi antiquarum sordium defensores Blandiniorum exemplo sese tueri conantur, quorum ante vix nomen noverant. atque etiam non nullis locis emendationes vel Bentleii vel aliorum ab Hauptio et Meinekio non admissas in ipsum textum recipere malui quam orationis scabritiem Horatio relinquere. v. C. I. 1. 5; 7. 7. II. 13. 17. E. 3. 20; 6. 3; 10. 22; 11. 8; 17. 39. S. I. 6. 126. II. 6. 29. Ep. I. 20. 28. mea aliqua observatione usus C. III. 1. 41 *quid si* scripsi pro *quod si*. cf. etiam adn. ad II. 16. 34. IV. 4. 15. interpunctionem aliquotiens ad Bentleii (C. I. 9. 15 sq. III. 2. 3), semel ad Lachmanni exemplum mutavi (II. 13. 1), hic illic ipse paullum quid adcuratius conformare studui: v. C. I. 12. 44; 15. 18; 16. 5 sqq. 9 sqq; 22. 2. II. 9. 4. III. 5. 10; 10. 13. S. I. 1. 39 (simil. 2. 98; 10. 89. Ep. I. 1. 91; 7. 57. II. 2. 56. cf. Naegelsbach. lat. Stil. §. 173 ed. alt.) etc. sed in primis ea adhibere licuit, quae absoluto iam opere Meinekius in gravissima sua praefatione addidit, cuius quidem paucis pagellis plura edocti sumus, quam amplis aliorum commentariis.

Neque inpetrare a me potui quin clarissimo eidem viro illud concederem, quod *interpolationis* genus in Horatii carminibus aliquanto latius patere censuit quam plerumque opinantur. qua de re cum post magnum *Bentleium* (ad C. IV. 8. 17) *Guietus* (ap. Sanad.) *Naekius* (v. ad C. III. 11) *Buttmannus* (Horaz u. Nicht-Horaz, Mythol. II. 364—70) *Perlcampus* (ed.

Harlemi 1834) multa verissime monuissent, sed hic philosophica ea qua potissimum egit ratione iusto longius seductus, nunc certius iudicare licet, postquam et *Meinekius* omnia Horatii Carmina strophis quaternorum versuum descripta esse vidit, et *Lachmannus* non solum luculentum eius modi quaestionum in C. IV. 8 exemplum proposuit, sed etiam in commentario Lucretiano clarissime docuit, quam severas culti eius aetatis poetae artis leges secuti sint, ut nunc demum vere intellegi possit, quid sit quod *operosa* sua *carmina* et *scribendi recte laborem* noster dicat. unde patet quo iure illi *quandoque bonum dormitasse Horatium* clamitent, qui cultissimo poetae durissima vestigia ruris adfingere non erubescunt. quippe etiamnum valere videmus quae ante hos quattuordecim annos de ea iudicii infirmitate *GHermannus* pronuntiavit elegantissimam suam de primo carmine Horatii dissertationem (Lips. 1842) sic exorsus: 'Credendi uberrimus fons perpetua iteratio est, nec quidquam tam falsum aut absurdum invenias, quod semper et ubique auditum non verum esse credatur, praesertim ab iis quorum mentes vel per aetatem vel per sexum vel per vitae genus ad cogitandum imbecillae sunt. accidit vero etiam litteratis hominibus, ut ea quibus a puerili aetate adsueverunt omni erroris suspicione exclusa pro veris habeant. insigne exemplum praebent carmina Horatii, quae omni tempore lectitata explicamus laudamus admiramur tanta credulitate, ut etiam ad claram lucem caecutiamus.' quid quod nuper *FRitterus*, quae eius dicendi ratio est, 'tam in se totum esse Horatium' sibi persuasit (qualem quidem libri praebeant), 'ut interpolanti omnem rimam occluserit' (praef. p. XLV).

Quod quidem ita verum erit, si dicamus tantam esse Horatii artem, ut qui suos ingenii lusus admiscuerint, non solum singula saepe peccasse depre-

hendantur, sed etiam artificiosam in universum carminum compositionem foede turbasse. nam Horatii strophas simili prorsus aequalitatis atque concinnitatis artificio dispositas esse, quale in elegicorum poetarum distichis *CMuellenhoffius* animadvertit (Allg. Monatsschr. 1854 p. 186—201), adcuratius inquirenti non potest non certissime patere. quam ob rem hanc potissimum rationem nunquam non respiciendam putavi, ubi de singulis strophis aut mihi aut aliis suspectis iudicandum fuit. neque nova haec ratio est, quade et *CSchwenck.* in annal. philol. t. LXX p. 80 sqq. et *ELTromphellerus* (Beitrag z. Würdigung d. Hor. Dichtweise. Coburgi 1855) verissime in universum monuerunt, quanquam quae de singulis carminibus iudicarunt omnia probare non possum. non nulla *CWNauckius* quoque in editione sua (Lips. 1854) similiter administravit. sed quod eius modi argumentis usus — quibus alia sponte accedebant — hic illic aliquanto plus quam Meinekius ausus sum (cf. C. I. 1; 35. II. 1; 19. III. 3; 11; 30. IV. 6; 9; 14) sane longiore disputatione id egere video quam pro huius editionis finibus concessa: quare singulas tantum quae huc pertinent strophas paucis infra significavi, de universa ea qua egi ratione in peculiari libello prope diem edendo dicturus.

Sed ut hic illic in hac praefatione alia quoque ad ipsam *interpretationem* spectantia adtingerem commotus sum plurimorum interpretum credulitate atque oscitantia, qui cum ea plerumque neglegant quae revera aut ad rerum gestarum (C. II. 1. 17. III. 5. 9) aut ad aliorum scriptorum (I. 2. E. 16) similitudinem efficta sunt, mira iudicii perversitate vanas species captantes ex solis ingenii lusibus certa rerum atque hominum vestigia extricare student: quasi vero scholiastarum antiquorum commenta ex ipsis plerumque Horatii verbis male conficta repetere praestaret, quam a *Lessingio* (*Rettungen des Horaz*, in

edit. Lachm. t. IV) et *Buttmanno* (*Ueber d. Geschichtliche u. d. histor. Anspielungen im Hor.*, Mythol. I. 294—346) meliora edoceri. huius quoque perversitatis mira exempla proposuit qui nuper Horatii carmina commentario critico et exegetico 'illustrata' a se, ut ait, edidit FRitterus (cf. infra ad C. I. 34. II. 7. 12).

Praeterea *temporum* rationes addere placuit, quibus singuli Horatii libri et compositi et editi sunt, quales post *Lachmanni* admonitionem verissime in universum *CFrankius* persecutus est (Fasti Horatiani, Berol. 1839). ea de re Ritterus denuo omnia confudit, quippe qui non solum satirarum libros non ante a. 733 in publicum editos, carmina iam inde ab a. 717 coepta esse velit, alia id genus, sed etiam nova prorsus ratione id agat, ut singulorum saepe carminum partes alias aliis temporibus tribuat. nonne omnes *tollent equites peditesque cachinnum?*

Metrorum quoque brevem conspectum adposui, quod non fecissem, quoniam ea ex aliis libris peti possunt, nisi contortis illis rationibus multos deceptos esse vidissem, quae hisce de rebus in non nullas editiones contra quam optandum est pervulgatas inrepserunt.

Index denique nominum additus est quantum fieri potuit a vitiis purgatus, qualia sunt quae apud Stallbaumium leguntur *surrentina faex* (S. II. 4. 55), *triquetra praedia* (S. II. 6. 55), quorum hoc a Vanderburgio inventum est.

Iam igitur nihil restat, nisi ut de *orthographiae* quam adhibui ratione paucis moneam, quoniam ea de re etiamnum saepe cupidius quam verius iudicari solet. quade qui adcuratius edoceri volunt, ei adeant velim *Ph. Wagneri* orthographiam Vergilianam (in ed. Verg. Heyn.-Wagn. t. v), *FRitschelii* et *AFleckeiseni* prolegomena Plautina, *CLachmanni* commentarium Lucretianum. horum igitur vestigiis ingressus, in quibus praeiverunt Hauptius Meinekius Pauly, scripsi

cum cur secutus secuntur inicus — *Appulia Juppiter litterulae quattuor damma mercennarius creterra querella Messalla* (Lachm. l. l. p. 204), sed *belua pelex anulus baca sucus* — *mille*, sed *milia alium vilicus Polio* ex regula Lachm. p. 32 ext. 'post longam vocalem e duabus *l* alteram subtrahi, si sequatur *i* littera, nisi ea casualis sit' (etiam S. II. 3. 38 codd. ς ap. Kirchn. *alifanis* habent, ut alibi scribitur) — *conectere* (Lachm. p. 136) — *quidquid* (ib. 340) *quicquam nequiquam* (ib. 141) — *autumnus* (nam *auctumnus* non ante saec. XIII scribi coeptum) *artus Quintus Quintius Quintilius* — *iandudum* — *exul exultim expectare expirare* — *coniunx bimenstris nanctus* (Nipperd. ad Tac. ann. III. 32) *totiens quotiens deciens* (Aufrecht in Zeitschr. f. vgl. Sprachforsch. I. 121) unde etiam *elephans* Ep. II. 1. 169 ex cod. Goth. recipiendum erat — *Euhius euhoe* (Lachm. 309) *incohare* (fortasse etiam recipi poterant quae Ply admisit *harena harundo holus holuscula Phrahates*), sed *edera elleborus erus umerus umor* — *temptare contemptus emptus sumptus* — *Exquiliae* (Schwegler. röm. Gesch. I. 727. 2. Mommsen. I. 37) — *Thraex Thraessa* ubi quidem libri praebent (Fleckeisen. in Philol. IV. 411) *Paelignus* (Mommsen. unt. ital. Dial. p. 294) — *caelum caenum haedus* (Lachm. 143) *obscaenus paenitet glaeba saeculum scaena* (Fea ad S. II. 1. 71) *taeter*, sed *cena* (Ritschl. l. l. p. XCVII. HSchweizer in Zeitschr. f. vgl. Sprachf. II. 480) *delmaticus Vergilius intellego neglego genetrix* (Lachm. 15, cui frustra adversatur FSchultz. in orthographicar. quaestionum decade, Paderb. 1855) *pinna* — *Circei Grai Grais Bais* — *abicere adicere deicere inicere obicere* (Haupt. ad Ovid. Met. I. 184) — *divom volgus voltus Volcanus vortex* (quae quidem 'recentiorum lenocinia' esse solus *grammaticorum equitum doctissimus* vidit) — *epistula* — *cumba cupressi murteta* — *urguere unguere tinguere* — *siquis nequis* ut par erat in unum coniuncta, sed

disiuncta *quod si*. praeterea accusativi pluralis formas in *is* terminatas ad antiquissimorum librorum exemplum admisi. qua in re quanquam certa aliqua lex observari nondum potuerit — nam Bentleii regulam (praef. p. IX ed nov.) de genetivis in *ium* exeuntibus non satis facere monuit Lachm. p. 50 — longius tamen aliquotiens procedere licuit quam a Paulyo factum, ut in C. III. 8. 5 reciperem *sermonis*, IV. 4 11. 28 *draconis* et *Neronis* (Nipperd. ad Tac. ann. II. 33 ed. alt.) item S. I. 10. 62 *minoris* (id. ad II. 14).

Haec igitur habui quae monerem, benevole lector, quibus siquid rectius noveris candidus inpertias velim. nam etiamnum in Horatio multo plures quam 'duodecim fere' illos 'nodos' relictos esse, quos aliquando FAWolfius dixit (cf. Orell. anal. Horat. Turici 1838 p. 1. GHermann. de primo carm. Hor. p. 6), facile patet. eo magis optandum erit, ut tandem elegantissimus poeta iustis commentariis inlustretur, quode utinam MHauptius promissum solvat. nam de FRitteri temptamine quid statuendum sit ante vidimus, et quod apud Francogallos nuper factum est, ut 'cum novo commentario ad modum Johannis Bond' Horatium venditarent (Paris. ap. FDidot 1856) in Germania quoque hic illic cum plausu exceptum, id 'incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere.'

B = *Bentleius*. P = *Perlcampus*. H = *Hauptius*. M = *Meinekius*.

CARMINVM LIB. I.

CARM. I. Et primos duos et duos postremos versus recidendos esse docuit GHermannus in dissertatione de primo carm. Horatii, Lips. 1842. ac ne ea quae media interposita sunt omnia ab Horatio scripta esse credamus cum aliae caussae obstant, tum ea potissimum ratio, quod vel sic singularum et stropharum et sententiarum compositio parum apta et concinna constare videtur, quam legem in eo statim carmine neglectam esse, quod prohoemii loco poeta libris I—III praemisit, vix est credibile || 5 *si vitata* pro *evitata* emendatio est IHWithofii (Krit. Anmerkungen üb. Hor. u. and. röm. Schriftsteller. Düsseldorf 1798. Stück IV. p. 3) quae melius succurrit loco desperato quam Bentleianum *evehere* versu sequente || 17 *tuta* pro *rura* ex Acidalii coni. (ad Vell. II. 110) B et GHerm. || 22 *ad aquae . . caput*: cf. IV. 14. 45. S. I. 10. 45. Lachmann. ad Lucret. p. 386 ext.) || 29 *te* post alios defendit FAWolfius (Anal. litt. II. 261 sqq), satis refutatus a GHerm. l. l. p. 6 'ne carmen per se non optimum pessimum fieret.' cf. CFrankii fast. Hor. p. 38 adn. GBernhardyi hist. litt. rom. adn. 178 || 35 *quod si* coniunctione, quae vel IGrysario (praef. p. CXXIII) 'lyrico dicendi impetu paene indigna' visa est, Horatius in carminibus prorsus se abstinuit. cf. ad I. 24. 13 || *in-*

seres 'duo Blandinii' HM. Pauly. *inseris* Cruquius B. Ritt. — CARM. II. cf. WFWiedasch. quaestt. chronol. part. I. Nordhus. 1847 || stropham tertiam iure merito ab Horatio abiudicaverunt Buttmannus (Mythol. II. 364) PM cf. Bernhardy in Berl. Jahrb. f. wiss. Kritik 1835. I. p. 748. hist. litt. rom. adn. 451 ext.), qua re tantum abest ut carminis compositio turbetur, ut nunc demum vere intellegi possit || 2 *rubente* B (ad I. 25. 17. cf. ad S. I. 9. 68) HM (apud hunc I. 25. 17 *virenti*, apud illum II. 16. 1 *patenti* et E. 5. 11 *trementi* typothetae vitio remansisse videntur) || 17 *nimium querenti:* cf. Enn. ann. 55 ed. Vahlen. Quaestt. Enn. p. XXVIII || 34 *circum volat*: cf. ad S. I. 2. 62 || vv. 37—40 iniuria damnavit CSchwenck in Iahnii ann. phil. LXX. 81 || 39 de *mauro pedite* exposuit M. in praef. ad I. 4 p. IV. — CARM. III. 6 quo modo distinguendum sit ostendit B. *Quintilium* Frankius in fast. Hor. p. 66 adn. 20 conl. I. 24. 11. v. Lachm. in Allg. Lit. Zeit. 1836. II. p. 259 || vv. 17—20 eiecerunt P M. cf. ELTrompheller Beitrag z. Würdigung d. horaz. Dichtweise. Coburg 1855. p. 7 || 19 *turbidum* ex Blandiniis BHMPly. *turgidum* vg || 23 *inpiae rates*: cf. Lachm. ad Lucr. p. 325 || 36 *perrupit Acheronta*: Lachm. ib. p. 76 ext. 'plerique poetae non nisi in legitima caesura vel ante vocabula Graeca breves finales produxerunt . . Horatius iisdem condicionibus nulla nisi in *t* litteram exeuntia. accedit quod hic in epistulis, item in arte poetica et in quarto carminum libro omnem hanc licentiam omisit.' v. I. 13. 6. II. 6. 14. III. 16. 26; 24. 5. S. I. 4. 82; 5. 90. II. 1. 82; 2. 47; 3. 187. 260. cf. ad C. II. 14. 16. III. 5. 17. S. I. 7. 7. II. 3. 1. M. praef. p. XXIX. alia ratio est in S. I. 9. 21 || 37 *nil:* cf. Lachm. ad Lucr. p. 27 || *ardui est* ante H. cf. ad IV. 3. 21. — CARM. IV. 5 *Cythereum Venerem* a Bentleii et Perlcampi dubitationibus vindicavit M. praef. p. III. sq. || 12 *agna* et *haedo* BHM. cf.

E. 17. 39. *agnam* et *haedum* Ply || 16 de vv. corrupt. *fabulae manes* cf. P. — CARM. VI. 7 *reducis* B. at cf. M. praef. p. x || vv 13—16 eiecerunt PM, quorum hic 'canoris nugis' ait 'qui delectantur habebunt qua animum oblectent stropham huius carminis quartam' || 18 *strictis* BM. *sectis* libri. — CARM. VII. dissecari non posse in duo carmina monuit M. praef. praef. p. vi (contra Doederlein. Scherflein z. Verständniss d. Hor. Erlang. 1853. p. 4). ceterum haud scio an verum viderit GHermannus (de primo carm. Hor. p. 7—9) qui, quandoquidem nunc 'neque unum nec duo carmina' habeamus, 'excidisse aliquid post v. 14' suspicatur, 'quod posteriorem partem cum priore apte copulaverit.' idem vv. 6—7 post Perlcampum ab Horatio abiudicavit, restituta v. 5 Bentleii scriptura *sunt quibus unum opus est intactae Palladis arces*, sed utut haec habent, v. 7 pro *undique*, quod intellegi nequit, cum Schradero reponendum est ex schol. Cruq. *indeque*. cf. Orell. excurs. || 8 *plurimus in Iunonis honore* Oudendorp. P. GHerm. M. *honorem* libri, quod nuper nova sed mira ratione defendit Ritterus || 9 *dicit* ante B || 10—11 *neque* — *nec* B ad III. 11. 43 || 19 imperativum *molli* agnovit Doederl. (Scherflein p. 6) quem secutus est M. virgula post *tristitiam* posita || 27 *auspice Phoebo* ex certissima Bentleii emendatione M. cf. schol. Cruq. *auspice Teucro* libri, quod eis rationibus defendit Orellius quas ad IV. 14. 33 ipse refellit. — CARM. VIII. 6—7 *equitet* et *temperet* ante B et nuper Ritterus. — CARM. IX. 8 de *Thaliarcho* cf. Buttm. Myth. I. 310 || stropham tertiam 'perineptam' eiecit M. || 14 *sors* Fea H || 16 post *choreas* maiorem interpunctionem posuit B, ut vv. *donec-morosa* ad sequentia referantur: nam postremae duae strophae per chiasmum oppositae sunt versibus 15. 16. — CARM. X. 1 *Mercuri, facunde nepos* vg. post B. *Mercuri facunde, nepos* Cruq. P. fortasse tota haec

stropha ab Horatio abiudicanda || 14 *Ilio . . relicta* Lachm. in novo mus. Rhen. III (1845) p. 617, qui ceteris quoque locis ubi dissentiunt libri femininum restituit (III. 3. 18; 19. 4. IV. 4. 53. E. 10. 13) quod legitur C. IV. 9. 18 et E. 14. 14. adsensit H. aliter M. praef. p. xx sq. — CARM. XI. 6 cf. M. praef. p. vi. — CARM. XII. cf. Buttm. Mythol. I. p. 26—47. Bernhardy hist. litt. rom. adn. 20 et 451 ext. Naegelsbach in Münchn. gel. Anz. 1842. II. p. 421 sq || 2 *sumis* BHM. *sumes* Ply, quod quanquam in Bland. antiquiss. inventum me invito inrepsit || 15 et *terras* Crq. Ply. *ac terras* BHM. 21 post *proeliis audax* interpunxerunt BHM. aliter Buttm. l. l. p. 32 sq. Orell. Ply || 31 *cum sic* (*quom sic*) Kreussler (observatt. GHermanno dedic. Lips. 1839 p. 1) HMPly. *sic di* B. *quod sic* vg || 35 *anne Curti* B. at cf. Buttm. l. l. p. 33 sq. || 37 *Scaurorum* nomen, quorum laudes Niebuhr. (Vortr. üb. röm. Gesch. II. 309) acerrime Horatio exprobravit, non ab ipso poeta profectum videtur. satis probabile videtur quod HPaldamus (de imitatione Hor. Greifsw. 1851 p. 17) coniecit *Corvos* || 38 *Poeno superante Paullum* BM. *Paullum sup. Poeno* vg. cf. III. 10. 10. E. 7. 15 || 43 *arto* B (cf. eund. ad Ep. I. 7. 58) M. *apto* libri || 46 *Marcellis* PHMPly. *Marcelli* libri || 57 *laetum* Oudend. HM. *latum* vg. — CARM. XIII. 2 *lactea* BHM (cf. Stat. silv. II. 1. 50. Withof krit. Anm. pars IV p. 6). *cerea* vg. || 6 cum HM recipiendum erat Bentleianum *manet.* cf. B. ad I. 24. 8. (v. ante ad 3. 36) || 16 cf. Meinekii disputationem de Horatio graecissante in annal. antiq. stud. 1851 n. 30. — CARM. XIV. contra dilogiarum inventores cf. Lachm. in epist. ad Frank. p. 237 || 2 *fluctus?* BP || 6. 8 *gemunt . . possunt* B (in adn.) HM. *gemant . . possint* vg || 13 *nomen inutile:* BHM. *nomen: inutile!* Stallb. Ply. — CARM. XV. cf. Buttm. Mythol. I. 325. Lachm. epist. ad Frank. p. 238. || 2 *Helenen* BHM (cf. ad E. 17. 17). *Hele-*

nam Bland. ant. Stallb. Ply || 9 *heu heu* Orell. Ritt. cf. I. 35. 33. E. 15. 23 || 17 *Gnosii* P et Ritt. nihil edoctus doctissima admonitione M. praef. p. XLI || 21 *genti* Oudend. HM. gentis vg || 24 *Teucer te* pro *Teucer et* ex trib. Bland. reponendum esse monuit l. l. Lachmannus, ut cum ultima stropha PM iudicibus ab Hor. abiudicanda sit utraque basis trochaicae offensio evanuerit (cf. v. 36). *Teucer te* PHMPly Ritt. *Teucerque et* B — CARM. XVI. cf. Buttm. Mythol. I. 300. 307 adn. || 3 *pones iambis* | *sive* | *flamma*: de huius coli parum adcurata specie monuit Lachm. in epist. ad Frank. p. 238, ubi quidem observavit alcaicae strophae colon tertium 'post quintam syllabam ea condicione incidi, ut sexta teneat vocabulum monosyllabum' (cf. vv. 7. 11. 19), nec nisi in quibusdam primi et secundi libri carminibus hanc legem neglectam esse. cf. huius loci similes I. 26. 7; 29. 11. II. 1. 11; 13. 27; 14. 11; 19. 7. 11 et paullum diversae rationis I. 35. 11. II. 3. 3; 19. 19, quos locos cur Ritt. in adn. ad II. 13. 27 omiserit caussam non video. cf. ad I. 26. 11 || 8 *si* BHMPly. *sic* vg. — CARM. XVII. 14 *hinc* ante B, quod reduxerunt ICIahn. Schmid. Stallb. — CARM. XVIII. cf. Buttm. Mythol. I. 300 || 3 *moenia Catili:* Lachm. ad Lucr. p. 36. add. M. praef. p. XLI ext. || 7 *ac* BPHM. *at* vg. — CARM. XX. cf. M. praef. p. VII || 5 *clare* BHM. *care* vg. || 7 *Vaticani:* cf. Lachm. ad L. p. 37. M. praef. p. XLI || 10 *tum* HMPly post Doederl. (Reden u. Aufs. II. 213. Scherfl. p. 7.) cf. III. 28. 11. *tu* libri. — CARM. XXII. 2 post *iaculis* virgulam posui || 11 *expeditus* Crq. BP || stropham quartam eiecerunt PM. *Daunias* voc. ferri non posse iam B. vidit. atque hic statim moneam, omnes eos locos, in quibus *Dauni* vel *Dauniae* mentio fit, manum interpolatoris prae se ferre Vergilium imitantis. cf. II. 1. 34. III. 30. 11. IV. 6. 27; 14. 26. unde patet, quo iure Paldamus corruptum *limen Apuliae*

III. 4. 6 mutaverit in *limina Dauniae.* — CARM. XXXIII. 5. 6 *vepris* . . *ad ventum* BP (in adn.) M. *veris* . . *adventus* libri — CARM. XXIV. 8 *invenient* ante B || 13 *quid si* ex Crq. codd. HMPly Ritt. *quod si* vg. quod aliis quoque locis librariorum culpa inrepsit. cf. III. 1. 41; 9. 17. E. 2. 39; 3. 19, 14. 13. Ep. I. 16. 8. v. ad C. I. 1. 35 || 15 *num* ex Bern. ant. H Ply Ritt. *non* vg. || *sanguĭs*: cf. *pulvĭs* IV. 7. 16. Lachm. ad L. p. 59. — CARM. XXV. 2 *iactibus* ex Crq. codd. HM etc. *ictibus* vg || 12. 13 recte distinxit i. e. coniunxit Gesnerus || 17 cf. M. praef. p. XXVIII || *virente* BH. cf. ante ad 2. 2 || 20 *euro* BPHM Ply. *hebro* vg. — CARM. XXVI. cf. Lachm. epist. ad Frank. p. 239 || 6 de imitatione Lucr. lib. IV. in. cf. Lachm. comm. p. 213 || 8 post *necte* distinxit orationem P, cui accessit M. praef. VIII || 9 *Pimplei* BPH *Pimplea* libri || 11 *hunc lesbio* | *sacrare* | *plectro*: versum parum concinne compositum esse, 'cui nullum alium similem reperias' monuit Lachm. ad Frank. l. l. quippe 'cultis Horatii auribus in quarta huius versiculi syllaba desinens vocabulum non satis faciebat, nisi id monosyllabon esset,' ut I. 9. 15. exempla collegit Ritterus Lachmanni nomen celans. (cf. Eichstadii carmen nuptiis Victoriae et Alberti dicatum edit. alt. Gothae 1850 in fine praef. is enim est in quem invehitur l. l. Lachmannus.) — CARM. XXVII. 10 interrogationis signum tollendum erat: cf. M. praef. p. XLIII || de *Opuntia Megilla* v. Buttm. Myth. I. 311 || 18 *ha* Ply || 19 *laboras in* BM. *laborabas* vg. — CARM. XXVIII. cum alii dialogum prorsus inconcinne compositum in hoc carmine latere censuissent, nuper ex duobus conflatum esse iudicavit Doederlein. in actis conventus philologor. Erlang. a. 1851 p. 53 sqq., quorum utrumque satis refutatur elegantissima disputatione BGWeiskii annalibus philol. a. 1830 t. XII p. 349—62 inserta. accessit gravissimum Meinekii iudicium in Philol. t. V p. 171 et

in praef. p. IX. qui totum carmen suspectare studuit IAMaehly in n. mus. rhen. X. 127 sq., is non est nisi futilissimis rationibus usus || 2 de *litore matino* cf. Weisk. l. l. p. 350 adn. || 5 *aetherias* verissime coni. M in Philol. l. l. (cf. Lachm. ad L. p. 167.) H. *aerias* libri || 18 *avidis* ante B || 19 *senum iuvenum* coni. M. in praef. p. IX || *densentur*: Lachm. ad L. p. 294 || 24 de hiatu *capiti inhumato* v. M. l. l. conl. p. XLII. Wagner quaest. Verg. XI. in edit. t. IV. p. 418. male Dillenb. conparat locos II. 20. 13. III. 14. 11. — CARM. XXIX. 14 *libros Panaeti*: cf. B. ad S. I. 6. 38. Lachm. ad L. p. 327 ext. — CARM. XXXI. 3. 4 *opimas . . feracis* ante B. et sic denuo P || 5 *lata* coni. M. in praef. IX. *grata* libri, quod ferri non posse vidit P || strophas tertiam quartamque 'omnis generis ineptiis repletas' eiecerunt PM || 18 *et precor* M. virgula post *mente* posita. *ac* vg. *at* ante Crq. et nuper Ritt. — CARM. XXXII. 8 *navim* Crq. HM. cf. S. I. 1. 6. Ep. II. 1. 114 (ib. I. 11. 16 ap. HM typothetae ut videtur vitio *navem* remansit). *navem* semper BPly || 15 *mihi cumque* libri, in quo iam offenderunt BP: tuetur Bernh. in hist. litt. rom. adn. 446. *medicumque* H. ex emend. Lachmanni ad Lucr. V. 312, qui hoc quoque loco, ad quem interpretes Horatii provocare solent, *sibi cumque* delevit: nam '*cumque* nisi cum relativis coniunctum lingua latina non agnoscit.' (totum hunc Lucr. versum eiecit Bernays. cf. praef. p. VII.) — CARM. XXXIV. de hoc carmine quasi Lessingius nunquam scripsisset (cf. *Rettungen des Horaz* in fin.) recentiores non nulli ita disputarunt, ut pro sua de nostris rebus sentiendi ratione Horatio aut probra aut laudes inde pararent nimiam utrique in breviusculo lusu gravitatem quaerentes: qua in re consenserunt quanquam cetera multum dissimiles WASchmidt (Gesch. d. Denk- u. Glaubensfreiheit, Berol. 1847. p. 298) et Ritt. p. 123; praef. p. XIV || 6. 7 *dividens, plerumque*

ante B || 14 *apicem*: cf. Buttm. Mythol. I. 320. — CARM. XXXV recte disposuit CWNauckius, nisi quod mediae partis tres strophas satis ineptas et absonas (vv. 17—28) non possumus a nobis inpetrare ut ab Hor. scripta esse credamus. quarum primam iam eiecit P, tertiam Ply (cf. emend. Venus. p. IV sq.), de totius carminis compositione neuter sollicitus. in hisce quae intellegi nequeunt (in primis vv. 17. 22) nescimus utrum inepta tantum sint an inepta simul et corrupta || 3 *sursus* Lachmanni emendatio est ap. M. praef. XI. *corpus* libri || 39 *defingas* melius fortasse BPH. — CARM. XXXVI. Buttm. Myth. I. 302, 313 sq. || 8 *non alio rege*: cf. Bernh. hist. litt. rom. adn. 29, quod moneo propter vulgatam interpretationem || 12 *morem in salium*: v. ad II. 2. 18. — CARM. XXXVII. cf. Naegelsb. in Münchn. gel. Anz. 1842. II. p. 437 sq. gravissimas quae in hoc carmine insunt corruptelas nemodum probabili aliqua ratione sanare potuit. v. 10 B coni. *opprobriorum*, v. 14 *a mareotico* GHerm. elem. doctr. metr. p. 691 || v. 20 *Paeoniae* pro *Haemoniae* emend. M. in Philol. II. 161. ex eiusdem suspicione v. 24 pro librorum scriptura *classe cita reparavit oras* recepi *sollicitare paravit oras*. nuper Ply (em. Ven. p. V) temptavit *clade iterare paravit oras* conl. III. 3. 51 || 25. 26 de alterius *et* traiectione cf. B. ad III. 4. 69. H. observatt. crit. (Lips. 1841) p. 49. — CARM. XXXVIII. 6 cf. Lachm. ad L. p. 363. †*curo* M (v. praef. XI). *cura* coni. B. *nihil adlabores. sedulum curae neque* P. —

CARMINVM LIB. II.

CARM. I. 6 Haec recte intellexit Doeringius. cf. Drumann. hist. rom. III. 420 adn. 80. (male Orell.) || v. 19 sq. ad ipsam Pharsalicam pugnam respicere scite observavit M. in praef. XII. etiam vv.

17. 18 aptissime conferri possunt cum eis quae tradit Caes. bell. civ. III. 92 ext. || 21 *videre* ex coni. B. *audire* libri || stropham paenultimam multis nominibus suspectam uncis inclusi. cf. ad I. 22. 14. — CARM. II. 3 *Sallusti* Bern. ant. Crq. B. *Salusti* vg || 11 *uterque finis* coni. M. in praef. XII. *ut. Poenus* libri. sententia horum versuum inlustratur conl. III. 3. 46—48, quod monendum est propter perversam interpretationem cum aliorum tum FRitteri || 18 *plebi* BHM. *plebis* ex Blandd. Ply || *beatum* ex libris aliquot Fea et nuper Ply, quorum hic hypermetrum ex hac Sapphicae strophae sede etiam II. 16. 34 expellere studuit, ut solus relinquatur v. IV. 2. 22, quippe qui a *que* particula faciliorem excusationem habeat (emend. Venus. p. VI). et hoc quidem satis probabiliter censuit vir doctiss: malim tamen cum P *beato* reducere quam *beatum* propter ea quae monuit M. in praef. XIII, huius genetivi praeter *deum* (*divom*) et *nummum* nullum apud Hor. vestigium esse. quanquam Ritt. denuo et *salium* C. I. 36. 12. IV. 1. 28 et *Boeotum* Ep. II. 1. 134 pro gen. habere non dubitavit. — CARM. III. 2. 3 *ac bonis . . temperatam* BM, ne 'orationis scabrities' Horatio relinquatur. *in bonis . . temperato* GHerm. de differentia pros. et poet. orat. (opusc. I. 102). *in bonis . . temperatam* vg || 4 *Gelli* ex Bland. ant. vestigiis Crq. || 9. 11 *quo . . quid* ex Blandd. M. (in annal. antiq. stud. 1845. 738) H Ply. *qua . . ramis et* BP. *qua . . ramisque et* H. obs. crit. p. 19. *quor . . quid* Lachm. in nov. mus. Rhen. III. 616. Stallb. et Ritt. ex Orell. ed. I revocaverunt *quo et*, 'barbare': nam 'monosyllabas voces praeter pronomina *te* et *me* (C. II. 3. 6. III. 29. 55. E. 5. 9) Horatius in lyricis nunquam elisit' (M. praef. ad I. 16. 7 p. VII). cf. ad IV. 2. 49. CS. 5. ac ne hanc quidem licentiam in omnibus libris admissam esse postea patebit. cf. ad IV. 3. 21 || 16 *fila atra* vindicavit M. praef. XIII || 27 *sors exi-*

tura | et | nos | in aeternum: Lachm. epist. ad Frank. p. 239. v. supra ad I. 26. 11. — CARM. IV. 2 *Xanthia Phoceu*: cf. Buttm. Myth. I. 311 || 18 *delectam* ante B. — CARM. VI. 7 *domus* ex coni. PHM et tacite Ply. *modus* libri || 18. 19 *apricus Aulon fertilis* B prob. M. praef. XIII. *amicus A. fertili* vg. — CARM. VII. 10 *relicta non bene parmula:* de loco ad taedium usque decantato propter Ritteros eorumque similes denuo opus est ut in memoriam revocentur sobria iudicia Lessingii (*Rettungen des Hor.* t. IV p. 29 ed. Lachm.) et FIacobsii lectt. Venus. c. XV: *Horaz ein Apostat der Freiheit?* in Verm. Schrift. t. V. p. 318—35). cf. Bernh. hist. litt. graec. II. 1 p. 423 ed. alt. || 12 *turpe! solum* BP prob. Niebuhr. *Vortr. üb. röm. Gesch.* t. III p. 99 adn. — CARM. VIII. 2 *Carine* coni. M. praef. XIV. *Larine* ex B. conl. Ply. *Barrine* id. in emend. Venus. p. VI conl. E. 12. 1 || de vv. 3. 4 qui fortasse et ipsi emendationis egent cf. M. praef. l. l. — CARM. IX. 4 *neque* pro *nec* HM, quorum hic etiam v. 15 *neque* reposuit. cf. II. 16. 8. — CARM. X. 12 post BHM reponendum erat *fulgura* et v. 18 *citharae. cithara* Orell. Ply Ritt. || 21 *animosus atque:* cf. AFNaekii opusc. I. p. 73. — CARM. XI a P suspicionibus vindicavit M. praef. XIV || 4 *ne* pro *nec* HMPly. cf. B. ad S. I. 1. 94. Ep. II. 3. 185. 339 || 9 *honos* Crq. Ply. *honor* BHM || 15 *dum licet.. potamus:* de Hor. audacia in traiciendis vocabulis cf. M. praef. XXXVII || 16 *assyrioque nardo* ex Bern. ant. reposuit M. ib. p. XV. cf. E. 5. 59; 13. 8. *assyriaque* ceteri libri et Acro || 23 sq. *incomptam .. nodo* B prob. M. praef. l. l. cf. IV. 9. 13. *in comptum .. nodum* vg. — CARM. XII. 2 *durum* ex Blandd. BPly Ritt. || 9 cf. Bernh. hist. litt. rom. adn. 178 ext. equidem *pedestres historias* non magis esse Horatii crediderim quam *testem mearum sententiarum Gyen* III. 4. 69, quanquam nuper in hisce 'praeclaram brevitatem' poetae animadvertit Ritt. accedunt

alia, quae de hac stropha interpolationis suspicionem movent. *tuque* iam offendit Bezzenbergerum, qui in emendatt. delectu (Dresd. 1844) p. 23 coni. *tute* || 13 *Licymniae* nomine *Terentiam* Maecenatis uxorem significari scholiastarum veterum commentum est eodem iure excogitatum, quo in E. 3. 20 Terentiam esse volunt *iocosam* illam *puellam* alium reformidantem (quanquam vel hoc serio repetivit Ritt.) aut sub *Villii* adulteri nomine (S. I. 2. 64) *Annium* Faustae maritum delitescere. at mirum est quam multis nostro loco aegri illa somnia inposuerint, quibuscum neque quae proxime secuntur de cantu saltatione ioco, neque universa carminis sententia probabili aliqua ratione conciliari possunt. decepit interpretes docta adnotatio de pari syllabarum numero indoctis admista || 15 h. l. Ritt. verum vidit iungendum esse *bene fidum*, non *bene mutuis* ut vulgo voluerunt. cf. *male fidus* Ovid. Trist. I. 6. 13 || 28 *occupat* BHM. *occupet* Crq. Ply. — CARM. XIII. 1. 2. memini cum Lachmannus seminarii philol. Berol. sodales edocuit artissime iungendum esse *ille quicunque*, unde suspiciones a P. motae diluuntur, quae contortis eius modi explanationibus, quales post alios Kirchn. ad S. I. 2. 101 p. 64 adn. protulit, tolli non poterant. hinc igitur virgulam post *die* delevi. cf. Verg. Aen. I. 330 *sis felix nostrumque leves quaecunque laborem* || 8 *colcha* ex Blandd. B pro hypermetro *colchica*. cf. GHerm. epit. doctr. metr. §. 590 ed. alt. || 15 *thynus* ex Lachm. emendatione HM (cf. I. 35. 7. III. 7. 3). *poenus* libri, quod ferri nullo modo posse P vidit || 16 *timetve* Lachm. ad L. p. 77 HM. *timet* libri, quod cum plerumque nescio qua 'arseos vi' defendissent alia ratione usus tuetur Ply (cf. em. Venus. p. XIII) ut III. 5. 17 *periret* coni. Ritschel. proleg. Plaut. p. CLXXXII sq. et Fleckeis. in annal. phil. t. LXI p. 18 sq. v. supra ad I. 3. 36 || 17 *reducem* ex B coni. recepi: *celerem* libri || 23 h. l. codd. vel optimi tam parum inter se concinunt, ut

utrum *discretas* primitus fuerit an *descriptas* an *discriptas* haud facile diiudices (cf. IV. 4. 36; 14. 28. E. 5. 37. S. I. 5. 104. II. 1. 1. Ep. I. 2. 4 etc.) || 33 sq. cf. Naekii opusc. I. 75 || 40 *timidas* codd. Bentl. et Turic., *timidos* B. ex Prisc. VI. 26 p. 218 Hertz. — CARM. XIV. 18 Bentleianum *Cocytos* reponendum erat. — CARM. XVI. 1 *patente:* v. ad I. 2. 2 || 8 *neque auro* Orell. HM. *nec auro* Crq. B || 34 *tibi tollit hinnitum* libri ut videtur omnes, quod ferri non posse satis probabiliter censuit Ply (v. supra ad II. 2. 18) nisi quod ipse parum caute coniecit *tibi mollis hinnit* conl. Verg. Georg. III. 76 et Aen. XI. 622. nam inde quod loco priore apud Verg. *mollia crura* equi et apud Enn. ann. 545 ed Vahl. *mollia crura* gruis leguntur, consectarium non est potuisse etiam *mollem* s. *mobilem equum* vel *gruem* dici, quod fecit nemo. accedit quod epitheton expectaveris divitias Grosphi undique conflatas aptius inlustrans, quale fere esset *tibi gallica hinnit* (cf. I. 8. 6) vel etiam *tibi candida hinnit* (cf. Voss. ad Verg. Georg. III. 82 p. 547). neque vero ipsa vox *tollit* ansam emendationi dare potest, si quidem *tollit hinnitum* glossam esse verbo *hinnit* adscriptam patet, quae cum in ipsum textum inrepserit antecedens vocabulum loco movit. — CARM. XVII. strophas postremas quinque a tribus primis rescidit P. prob. M. praef. xv || 14 *Gyes* Buttm. Lexil. I. 230 adn. Mythol. II. 368. *Gigas* vel *Gygas* libri. *Gyges* B. *Gyas* HM || 16 *scorpius* Crq. Ply || 25 *cui* ex emend. Lachm. in nov. mus. rhen. III. 616 HM. *cum* libri. *tum* Ply 'ut verba *tum* — *sonum* per parenthesin addita accipienda sint' (em. Ven. p. VIII). — CARM. XVIII. 21 *promovere* fortasse vere coni. P || 30 *sede* B (qui acute vidit ita primitus fuisse ap. Serv. ad Aen. VI. 152) HM. *fine* vg. — CARM. XIX. stropham paenultimam iure reiecisse videtur P, quocum consensit etiam Bernh. hist. litt. rom. adn. 451 ext. — CARM. XX. 13

Lachm. ad L. p. 161 '*ocior* et *notior* numeri pariter admittunt (cf. ib. p. 158), sententia unice postulat Bentleianum *tutior*.' ita dederunt HM || stropham tertiam 'indecora transmutationis in alitem descriptione formidabilem' eiecerunt PM.

CARMINVM LIB. III.

Prima huius libri carmina eodem metro conscripta statim ipso titulo significare volui non temere conflata esse, sed iusta serie sese excipere ea arte composita, ut carmina bis terna artissimo inter se sententiae vinculo conexa in unum quasi satis amplum cyclum coeant. id quod cum ab aliis monitum est, tum verissime ab ELTromphellero *Betrachtungen üb. die 6 ersten Lieder im 3. Buche d. Hor. Oden*, Coburgi 1851. ac primam quidem stropham, quippe qua *romanae fidicen lyrae* haec *carmina non prius audita* prohoemii instar auspicari voluerit, admonitiones secutus Tromphelleri p. 5 et M. praef. XVI ab reliquis separavi. carmen secundum et tertium ad Blandiniani ant. exemplum in unum coniunxit H (cf. Lachm. in novo mus. rhen. III. 617. M. praef. XVII), quod cum neglexissent vel ITStruvius (opusc. II. 369 sqq.) et FBambergerus (Philol. II. 691 sqq.) in tertii carminis consilium inquirentes verum adtingere non poterant. quanquam id sane tenendum est, primum carmen ita esse cum sequente coniunctum, ut quae inter illius prologum v. 5—8 (cf. M. praef. XVI) et huius epilogum v. 101—4 (vg. 3. 69—72) media interposita sunt eodem certe compositionis artificio contineantur, si quidem octonae strophae inter se conexae quater recurrunt. sed hic ordo cum turbetur non solum primi carminis strophis nona et decima, quas PM rectissime excluserunt, verum etiam secundi quinta decima (vg. 3. 25—28), hanc simul (ab inutili insu-

per tautologiae vitio suspectam) amovere non dubitavi. — CARM. I. 41 *quid si* scripsi pro *quod si* v. ad I. 1. 35. *qua si* maluit Bezzenberger emend. delect. p. 22. || *delenit* P. Orell. M. praef. XVII. *delinit* BH. libri variant. — CARM. II. 3 necessariam Bentleii interpunctionem reposui || 5 *sub dio* ante B. cf. Lachm. ad L. p. 227 || 16 *timidove* et 28 *fragilemve* BM. *timidoque* retinuit H || 29 *faselum* ante B. — CARM. III. 6 *manus Iovis* pro *Iovis manus* ex Crq. codd. reposuit B || 12 *bibet* quanquam dubius scripsi cum Crq. P. Ply. *bibit* BHM || 17 sqq. 'probabilis coniectura est Horatium cum haec caneret Ennii memorem cecinisse' IVahlen. quaestt. Ennianar p. XXXII || 19 cf. H. observ. crit. p. 26 || 21 *ex qua* H. ex emend. Lachm. in n. mus. rhen. III. 617. *ex quo* libri || 23 *damnatam* B. Lachm. HM (praef. XXI). *damnatum* vg. cf. ad I. 10. 14. || 31 *invisum nepotem*: cf. Bamberger l. l. p. 704. male vg. interpretes || 65 sq. *ter*: cave ne audias scholiastas antiquos de triplici Troiae excidio ariolantes, qui inposuerunt Paldamo de imit. Hor. p. 16. — CARM. IV. 10 'indocte provocant ad ambiguitatem propriorum, qui tuentur versum foedissime interpolatum hunc *altricis extra limen Apuliae*' Lachm. ad. L. p. 37. *nutricis e. limina sedulae* coni. B., *limina providae* Ply in emend. Venus. p. VIII, recte reiciens quae in edit. suam ex Düntzeri et Paldami coni. receperat quaeque nuper Ritt. revocavit *limina Dauniae*. cf. ante ad I. 24. 14 || 17 *tutō ăb*: cf. v. 31 et 5. 21. H. obss. crit. p. 18. sq. || 27 *arbos* Crq. P. Ply. *arbor* BHM || 38 *reddidit* ex 'uno Bland.' BHM Ply. *addidit* vel *abdidit* vg, quorum hoc Ritt. recepit miris de Bland. antiquissimo coniecturis prolatis || 41 *consilium*: cf. 6. 6 *principium*. B. ad S. II. 8. 1. Lachm. ad L. p. 193. M. praef. ad E. 2. 35 et ad Ep. II. 3. 65 || 46 cum BH scribendum erat *umbras* pro *urbis* || 47 *turmas* ante B || versus pedestres 69—72 ex

Horatianis eiecerunt Buttm. Myth. II. 368. PM. Kirchner. nov. quaestt. Horat. (Lips. 1847) p. 63. eosdem opinor significare voluit Bernh. hist. litt. rom. adn. 451 ext. — CARM. V. 3 cf. Wex ad Tac. Agr. p. 183 || 8 *in arvis* coni. B. idque ipsum repperit in Argent. A Oberlinus || 9 *Marsus*: cf. Freinsh. ad Flor. II. 20 (IV. 10. 4) et Perlc. adn. p. 272 b || 10 *et nominis* ex Bland. ant. B. *nominis* Crq. post *nominis* virgulam posui: cf. Flori locum iam a B. conlatum II. 21 (IV. 11. 3) *Antonius . . patriae nominis, togae fascium oblitus* || 15 *exemplo trahenti* P et sic in textu B., sed idem in adn. *exempli trahentis*. *exemplo trahentis* vg || 17 *perires* Lachm. ad L. p. 17 et H. *periret* libri. cf. ad I. 3. 36 et II. 13. 16. || 21 *derepta* BHM. *direpta* Crq. Ply || 37 *anxius* ex emend. Lachmanni HM. *inscius* vg. *hinc . . aptius* B || 43 *ab se* BHM ut 16. 22 *ab dis*. *a se* Crq. Ply. — CARM. VI. 5 *quom geris* coni. CScheibe in Philol. V. 172 || 20 *patriam populumque* a Bentl. suspicione vindicavit P || 22 *matura* vocem corruptam esse viderunt PM || post *artibus* interpunctionem deleverunt HM || 30 *institor navis hispanae*: cf. Oudendorp. ad Suet. Ner. 27 p. 682 || strophas tertiam quartamque et septimam atque octavam suspectavit P. — CARM. VII. 4 *fide* BHM. *fidei* ex Blandd. Ply. Ritt. || 20 *movet* BHM. *monet* Crq. Ply || 21 *Icarî* quasi esset *Icarii* P. Orell. at cf. Lachm. ad L. p. 327. — CARM. VIII. 5 *sermonis*: hanc accusativi formam h. l. codd. Crq. et Bentl. et alii plurimi servarunt, neque aliter se legisse ostendit indocta adnotatione Acro 'ordo est *docte sermonis utriusque*, i. e. graece et latine.' cf. praef. p. x || ultimae strophae quam M. seclusit hic locum non esse vel ipsam carminis compositionem consideranti patebit, quippe quae binis strophis constet ter repetitis || 26 *cavere et* ante B || 27 *horae* M. *horae et* BH. *horae ac* Crq. Ply (de *ac* particulae ap. Hor. usu cf. H. observ. crit. p. 37). —

CARM. IX. cf. Buttm. Myth. I. 305. strophicam huius carminis dispositionem iam P restituit. — CARM. X. 1 *Tanaim* ante B || 10 *retro funis eat rota* vg. transposuerunt BM. — CARM. XI quintam stropham ab inficeto aliquo grammatico inlatam esse, qui *ianitorem aulae* addito nomine adcuratius significare voluerit, eis argumentis ostendit Naekius in ind. schol. hib. Bonn. 1821—22 (opusc. I. p. 78 sqq.) et ad Val. Cat. p. 288 (prob. PHMPly Buttm. Myth. II. 367. Struv. opusc. II. 415. Kirchn. nov. quaest. p. 63. Bernh. hist. litt. rom. adn. 451 ext. cf. de pron. *eius* Lachm. in Philol. I. 164), ut potuisse eandem ab Orellio Schmidio Rittero denuo defendi vix credibile sit. sed in hoc genere 'nihil desperandum est.' postremam quoque stropham abiciendam esse recte opinor observaverunt P et M. praef. XXII. sed ea abici nequit, nisi antecedentem simul non magis Horatianam deleveris. — CARM. XII. 1 *neque* PHM. *nec* Crq. B. || 6 post *Hebri* delenda erat virgula auct. Doederl. Scherfl. p. 13 et M || 11 *arto* ex Bland. ant. B. *alto* Crq. Orell. — CARM. XIII. 1 *Bandusiae* pro *Blandusiae* Crq. B. — CARM. XIV. cf. Hegel. Aesthet. III. 444 || 6 *castis sacris* B. *iustis divis* vg. *iustis sacris* HM || 11 *male inominatis* BHM. *male ominatis* et *nominatis* libri, quorum hoc nuper defendere conatus est Ritt. || 22 *murreum*: cf. Lachm. ad L. p. 101 || *cohibente* pro *cohibere* ex Mureti et Bentl. coni. M. — CARM. XV. 7 post *Pholoen* interpunxit M: post *satis* vg || 11 *Cothi* coni. M. praef. XVII. *Nothi* libri, quod nomen iam Perlcampo suspectum erat || 16 *vetulam* BHM. *vetula* Ply. libri variant. — CARM. XVI. 7 fortasse hoc quoque loco cum B. reponendus singularis *risisset* || 22 *ab dis*: cf. ad 5. 43 || vv. 38—42 haud scio an recte P ita contraxerit ut scribat *nec mi plura velim. multa petentibus* — CARM. XVII. vv. 2—5 quos Porphyrio non agnoscit post Buttm. Myth. II. 365 dele-

verunt Struv. opusc. II. 415. Kirchn. nov. quaest. p. 63. M. praef. XVIII || 8 *Lirin* ante B || 13 *dum potis* BPHM. *dum potes* vg. — CARM. XIX. cf. Buttm. Myth. I. 310 || 1 *distat* ante B || 4 *sacra* HM. *sacro* libri. cf. ad I. 10. 14 || 12 *miscentor* cum IRutgersio (lect. Venus. c. VII) B et WABecker (Gallus I. 191 ed. alt.) || 15. 16 expl. M. ad Alciphr. p. 169 || 24 *habili* Bland. ant. at cf. B. adn. || 27 *Chloe* ante B. — CARM. XX. 8 *cedat, maior an illa* H. ad Ovid. Halieut. p. XXX et 40. P Or. MPly. *cedat maior, an illi* vg. — CARM. XXI. 10 *neglegit* pro *negleget* BHM. || 12 *incaluisse* BPM. al. Lachm. ad L. p. 199. — CARM. XXIII. 12 *secures* ante B || ultimam stropham eiecerunt PM (cf. praef. XVIII et XXVIII) || 19 *mollibit* ante B. — CARM. XXIV. 4 corrupte vg. scribitur *thyrrenum omne tuis et mare ăpulicum,* eadem scabritie qua in carm. 4. 10 *ăpuliae* circumfertur. at Bland. ant. servavit *mare publicum*, quod recipiendum esse vidit Lachm. ad L. p. 37 ext. lenissima simul et certissima mutatione *terrenum* pro *tyrrhenum* reponens. cf. IV. 11. 27. Liv. XXIII. 19. 14. receperunt H. Ply || *post genitis* separavi || 47 *mare publicum* ante B || 60 *hospites* Blandd. BM. *hospitem* PH. — CARM. XXV. 6 *concilio* B. et sic Goth. 2 || 9 *edonis* ex 'certissima' B. emendatione HM (praef. XVIII) Ply. *exsomnis* cum libris Orell. et denuo Ritt. de 'graviter aberrante Bentleio' loqui ausus. — CARM. XXVI. 1 *duellis* scripsi pro *puellis* ex coni. CFrankii (fast. Hor. p. 57 adn.) prob. M. praef. XVIII. cf. IV. 1 in. || 7 *et vectis securisque* susp. B. (de tertio versu huius strophae hypermetro cf. II. 3. 27. III. 29. 35 || 10 *Memphim* ante B. — CARM. XXVII. 5 cum BHM scribendum erat *rumpit* || 7 *cui* ex Bland. ant. (cui accessit Bern. ant.) B. *cur* vel *quid* libri vg. || frustra laborare qui strophae sextae coniecturis succurrere studeant viderunt PM (praef. XVIII) || 37 *unde, quo veni* ante M. ed. I || 48 *monstri* ex Blandd.

B. *tauri* ante B ex libris interpolatis || 59. 60 *e-lidere collum* Muret. BHM. cf. P. adn. et Lachm. ad L. p. 324. *laedere collum* vg || 69 *abstinebis* M. praef. XIX. *abstineto* libri. — CARM. XXVIII. 6 *stet dies*: cf. Lachm. in n. mus. rhen. III. 616. *invicem* vg || 11. *tum* Lachm. l. l. HM. *tu* libri || 14 *Paphon* ante B || 16 post *dicetur* interpunxerunt BH. post *oloribus* vg. — CARM. XXIX. 5. 6 *eripe te morae. hic* H. ex emend. Lachm. in n. mus. rhen. III. 616. *e. te morae, ne* libri. cf. M. praef. XIX || 17 *Andromedae* pro *Andromedes* ex Crq. codd. B || 34 *aequore* ex codd. ς Orell. || 47 *infectumve* M. in adn. *infectumque* libri || 52 *nunc mihi nunc alii*: cf. S. II. 2. 135. Lachm. ad L. p. 249 || 62 *tum* BHM. *tunc* vg. quod nullo alio loco in carminibus legitur. — CARM. XXX. versus 11. 12 non ab ipso Horatio scriptos esse vidit P. prob. Bernhardyo (Jahrb. f. wiss. Kritik 1835. I p. 754. hist. litt. rom. adn. 451 ext.) cf. ante ad I. 22. 14. accedit quod trium quae genuinae sunt stropharum principia facile cognoscere licet ratione habita repetitionis satis perspicuae, ex qua cum gravitate quadam gradationis sese excipiunt *exegi monumentum . . non omnis moriar . . dicar.* in v. 15 *tu* interpolator eodem artificio mutavit, quo usos videmus qui vv. IV. 4. 18—22 et 14. 25—28 Horatio adfinxerunt. cf. ante ad III. 16. 38.

CARMINVM LIB. IV.

CARM. I. 4 *bonae Cinarae:* cf. Buttm. Myth. I. 308 || 9 *in domum* B. *in domo* Crq. Fea et de Blandd. male coniectans Ritt. || 10 *purpureis* B. *porphyreis* Crq. Ply || 16 *late signa feret militiae tuae* libri, transposuit M. praef. XIX || 18 *largi* BHM. *largis* Crq. Ply || 20 *citrea* ex duob. Blandd. BMPly. *cypria* vg || 22 restituit B ex Bland. ant. cui nunc accedit Goth. 2. *lyraeque et Berecyntiae . . tibiae*

